



Petri Cvnæi de Repvblica Hebræorum Libri III

Cunaeus, Petrus

Lvgd. Batavor., 1632

Cap. VI. Vicarius Pontificis sub decimum diem mensis Tisri constitutus.
Quot gradus dignitatum inter pontificatum & sacerdotim interpositi fuerint.
Iusjurandum solenne quotannis Pontifici delatum sub ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65527)

Vicarius Pontificis sub decimum diem mensis Tisri constitutus. Quot gradus dignitatum inter pontificatum & sacerdotium interpositi fuerint. Iusjurandum solenne quotannis Pontifici delatum sub templo secundo. & causa ejus. Heresis orta de suffitu in adytis adolendo. Hircus in desertum missus. Mons Hazazel. Iudaorum scita quedam super ea re.

Quoniam Pontificis nobile munus in iis esse rebus positum diximus, quæ die decimo mensis Tisri agebantur, idoneum visum est plura exequi quæ huc pertinent. Scribit Maimonides in Halacha Habodat Iom Haccippurim, in capite primo, solum Pontificem omnia sacra obiisse, quæ illo die fiebant, ne illis quidem exceptis, quæ propria illius festi non erant. quare illa quoque, quæ quotidie sacerdotes etiam curabant, commissa tunc Pontifici fuisse. Ait præterea, quo tempore festum hoc instabat, septem continuos dies custoditum eum publice magna cura fuisse, ne qua res fortuita eum contaminaret, prohiberetque solenni sacro. Quæ traducta ex initio tractatus Talmudici sunt, quem Maslechta Ioma

ma vocant. Tum & illud prodit ibidem maximus Rabbinus, quod relatu dignum est, de Pontificis vicario, qui quotannis creatus sub diem jejunii est: מתקנין לו כהן גדול אחר שאם יארע בזה פיסול יעבור האחר תחתיו. בין שאירע בו פיסול קודם תמיד של שחר בין שאירע בו פיסול אחר שהקריב קרבנות זה שנכנס תהתיו אינו צריך חינוך עבר יום הכפורים הרי הראשון חוזר לעבודתו והשני עובר. ואם מת הראשון זה שני מתמני תחתיו: Nos sententiam, non verba exprimemus. *Positum in more fuit, inquit, ut Pontifici constituerent quendam alterum Pontificem. Nam si quid ei contigisset, quo impuratus videretur, alter ille vice eius rem sacram faciebat. Caterum vicario huic, qui pro illo in adyta ibat, non opus initiatione fuit, sive contaminari Pontificem ante iuge sacrificium matutinum, sive post oblationes peractas contigisset. Quam primum autem dies expiationum praterisset, prior ille redibat ad munia sua: vicarius autem se abdicabat. Quod si prior moriebatur, alter ille in ejus locum substitutus est.* Non multum ab his abaudit, quod traditum à Flavio est in libro decimo septimo Antiquitatum, in capite VIII. Is enim quendam Iosephum Ellemo prognatum refert, qui in unum diem functus pontificatu sit, cum summus sacerdotum Matthias

diem
radus
sa-
usju-
tifici
causa
dytis
sus.
ue-

unus
mus,
ban-
xequi
ioni-
ccip-
onti-
o die
quæ
e illa
tiam
tifici
e fe-
nuos
agna
eum
enni
atus
a Io-
ma

immundo visu per somnium se inquinasset, illa ipsa nocte, quæ expiationis festum antecessit. Hujusmodi vicarium Maimonides סגן appellat, in Halacha Cele Hammikdash, in capite IV, aitque sub imperio ejus cunctos sacerdotes esse. ex quibus tamen duo sunt, quos vicario eandem operam præstare ait, quam Pontifici ipse præstat, eosque קהיקולין appellat. ac rursus quendam ordinem illis inferiorem facit, in quem sacrificulos septem adscribit, qui אמרלין dicti sunt, & claves atrii custodiebant, nemo eorum ut aperire illud posset, ni unà omnes adessent. Rursum his subesse tres גזברין, id est, thesaurarios, sive sacro ærario præfectos, ait. quos sequitur ראש המשמר, qui custodiis templi præest. tum is, qui ראש בית אב dicitur. ac tandem proximus ab his dignitatis locum tenere cæteram sacerdotum plebem ait. Hoc ferme pacto sacerdotum gradus distincti à Talmudicis sunt. nisi quod iidem inter Pontificem maximum, atque inter vicarium ejus constituunt quendam diversi generis sacerdotem, quem משוח מלחמה, hoc est, *prelii causa unctum* appellant. Sed de hoc infra dicemus. Nunc de expiationum festo, quæ in promptu sunt, addamus. Apud
 Mais

Maimonidem¹, legati à senatu missi
 iuramentum quotannis solenni more
 à Pontifice exigunt, pridie quàm per-
 agendum piaculare sacrum erat. Id
 adeò fieri ex hac causa consuevit, quod
 sub templo secundo caput extulisset
 hæreticus quidam, à quo progata Sad-
 duæorum secta est. Is odoramenta,
 queis suffumigandum adytum erat,
 imponi ignibus primùm, ac mox in-
 ferri in adytum voluit, quum Iudæis
 per manus traditum jam inde à Mosis
 evò esset, accendi demùm ea in ipsis ady-
 tis oportere. idque profectò legis sen-
 tentia etiam arguit in Levitici capite
 XVI. versu XII. & XIII. Sed novatorem
 illum ea verba movebant, quæ extant
 in ejusdem capitis initio: בעֵן אֲרָרָה
 בְּעֵן אֲרָרָה *in nube apparebo super propi-*
tiatorium. Quæ certè adeò nullum
 præsidium ad ipsius causam adferunt,
 ut planè id stabiliant, quod in versu XII
 & XIII expressum esse diximus. Et ta-
 men nihilominus crescebat quotidie
 tam improbabilis opinio, lateque ani-
 mos hominum pervaserat. Quare,
 cum metus ingens esset, ne in illum er-
 rorem sese Pontifex quoq; transferret,

K 4

insti-

¹ In cap. I. Hal. Habodai Iero Hac-
 cippurim.

institutum fuit, ut pridie decimum
 diem Tisri sollenniter eum legati iure-
 jurando obstringerét. cuius formulam
 Maimonides in hæc verba conceptam
 refert, משביעין אנו עליך במי ששכן ארת, שמו
 בבית הורה שלא תשנה דבר מכל דבר
 שאמרנו לך: *Nos te jurare iubemus per
 eum, cuius nomen in hac aede habitat, ne
 quid immutes eorum, qua dixerimus tibi.*
 Dein cætera subjecere, de quibus cau-
 tum esse intererat omnium. Ad cele-
 britatem hujus festi maximè pertinuit
 religiosa sortitio illa, quâ ex duobus
 hircis unus destinatus aris fuit, alter
 verò in vicinum desertum ad mon-
 tem quendam Hazazel dimittebatur,
 ut illinc præceps rueret. Tradunt lu-
 dæi eum hircum magno molimine in
 desertum ab alienigena quopiam de-
 ductum, ac mox de summo monte
 detrusum ad ima esse. De tabernacu-
 lis quoque ab urbe Ierosolyma usque
 ad desertum dispositis, nescio quid, lo-
 quuntur, in queis confederunt, qui hir-
 cum identidem escâ reficerent. Tum
 & funiculum, cuius pars altera corni-
 bus hirci, altera deligata ad scopulum
 fuit, atque etiam colorem funiculi, &
 id genus multa alia describunt, quæ
 profectò mecum ignorant. Quare nos
 hæc in medio relinquimus, propterea
 quòd

quòd rationibus conjecturisque me-
lioribus destituta, vim haud capiunt
ex ipsa frugalitate.

CAPVT. VII.

*Initiatio Pontificis duplex, & qualis.
Quando altera cessaverit. Quando
Pontifex ab iuueni mactatione, quam
lex praescripsit, immunis fuerit.*

Consecratio Pontificis duas res pre-
cipue habuit, vestitum unctionem-
que. Sancitum enim à numine fuit,
uti, qui summum sacerdotium gestu-
rus esset, tunicis amiculisque sacris per
septem dies indueretur, atque oleo li-
neretur, quod confectum ad eam rem
ratione quadam singulari erat. Talem
Pontificem Talmudici מתרבה בגדים
auctum inauguratumque amictu, &
מתרבה משחה auctum atque initiatum
unctione dixere. Ipse autem actus so-
lennis dictus ab illis est ריבוי בגדים
accessio majestatis ex amiculis &
unctione. Sed enim verò, postquam sa-
crum oleum periit, quod in priore
templo conditum esse ab Iosia in spe-
eu quodam, & nunquam postea re-
pertum ab Ezra aliisque in posteriore
templo diximus, ab illa tempestate
hercle Pontificum initiatio peracta si-